

quam diuidantur debet / sufficienter lumini eiusdem ecclesie prouideri. De decimis vero ortorum . canapi^e. fructuum arborum mellis- rapularum. idem plebanus mediam partem habeat ! reliqua / medietate decime eiusdem . fratribus remanente . Porcellorum autem . anserum^d et gallinarum decimas . plebanus integraliter possidebit . et similiter omnem dotem / in quibuscunque locis . siue mediate . sicut in capellis^g. siue inmediate ad sepe dictam ecclesiam pertinentem plebanus totaliter habere debet. Saluis decimis eiusdem / dotis . in quibus eadem forma partitionis que de aliis decimis superius fuit expressa per totum et per singula est seruanda . Vacante autem quocunque modo prefata ecclesia / ex parte supradicti . B . plebani . ipsa cum omni iure et totali usv prouentuum . redibit in possessionem fratrum sancti Lucii . nec aliquid eorum que in suprascripta / conpositione facta sunt . preiudicabit eorundem fratrum priuilegiis . iam dudum confectis super ecclesia memorata . Ne igitur aliqua prauae altercationis scissura / possit hanc conpositionem in aliquo articulo postmodum uiolare ! memorati arbitri de uoluntate diocesani et assensu^e partium . talem penam prouide subiun- xerunt ! ut quecunque dictarum partium eandem formam in aliquo infringere presumpserit . nisi hoc ad consilium Archiprespiteri^f. et arbitrium domini episcopi et Curiensis capi- tvli . infra sex septimanas restitutum fuerit . uel amicabiliter sopitvm . pars que^g uiolatix extiterit . in possessione eiusdem ecclesie puniatur ! ita uide- / licet ! quod conuentus cadat omnino ab vsu prouentuum predictorum quam diu plebanus uixerit . si a fratribus hec conpositio fuerit uiolata ! sed si plebanus contra eandem / uenerit . perpetuo careat eiusdem ecclesie possessione . Et preterea de fide uiolata quecunque partium contra predicta uenire ausa fuerit ! possit a domino episcopo aut / etiam a quolibet alio conueniri . Actum anno ab Incarnatione domini . Mo cco xxo vo . Indictione xiii . Interfuerunt testes . Riuerius custos^d. hainricus de Scellinberch^g. / Volchardus . Otto hainricus iunior de Zizure^g canonici Curienses . Chönradius^h de Rialt⁷. Walthers et Rodolfus fratres eiusdem . Vlricus de Juvalt^g. milites / et alii quam plures . Ad maiorem etiam firmitatem huius rei gesteⁱ. supradicti domini episcopi . et conuentus sancti . Lucii sigillis . placuit de assensu partivm / presentem paginam communiri .